

ubi, quando, et qualis libera determinatio in Deo fuerit, et quod modo cum hac optimi electionis libertas divina componi queat? dicit, Cajum quoque a bonitate objectiva libri, tamquam ratione sufficiente, determinari ad eam electionem, nec tamen libertate expolari. At id ipsum est, in quo quaestio vertitur: Cagi quoque libertatem, si ita se res haberet, peritura in psychologia demonstrabo.

7.) Si Deus mundum minus perfectum prae perfectiori condidisset, hujus actionis nulla foret ratio sufficiens; egisset proinde Deus sine ratione sufficiente, quod cum ipsis perfectionibus non consentit. Certe, si Deus pro libero suo beneficio posset hoc, vel illud eligere, similis foret artifici humano, qui in elaborando suo opere non tam rationem sequitur, quam genio indulget. Quid quod omne bonum possibile pro gradibus sue perfectionis jus habet praetendendi, ut at Leibnitius, a Deo existentiam? Deinde intelligi nequit, qui fieri possit, ut Deus minus bonum prae majori magis amet.

R. Ratio sufficiens electionis divinae ex parte possibilium omnino queritur non potest, si salvam velim supremam Dei libertatem, ut paulo ante demonstratum est. Quin si accurate loquamus, nullam prorsus rationem objectivam Deus sequitur, neque ipsa medium aptitudo ad finem consequendum est illi vero sensu ratio motiva, cur ea eligat. Nequit nempe Deus illa bonitate finita, quia comparata ad infinitam prorsus evanescit, moveri; unde non eligit media ad finem apertissima *qua* apertissima sunt, sed *qua* apta sunt, queaque ut talia infinita scientia praenoscit, atque id ideo, quia summa ratio, et sapientia praecepit, ut elegantius media, quas ad finem obtinendum apertissima esse praevidetur. Sola igitur ratio summa, ac sapientia potest Deo esse *ratio motiva* ad aliquid eligendum; apertitudo vero mediorum ad summum dici debet *conditio*, *sine qua* electio non foret, cum absenta hac aptitudine ratio, et sapientia eam electionem non suaderet (conf. ont. §. 145. sch. 1.) Aliud quidem apud nos homines obtinet, qui finiti cum simus, bonitate quoque finita moveri, et allici possimus: quare nos modo eligimus bonum representatum, *quod* bonum est, verum etiam *qua* bonum est, vel saltem tale esse apparet. Sed numquid ideo actio divina ratione sufficiente caruit? nequaquam: adsueta ratio sufficiens, quae in actionibus liberis sola esse potest, quemadmodum alias dicam: ejus minimir voluntas, quae cum infinita ipsis ratione, et sapientia non congrue non potest. Neque tamen propriea genii induisse putandus est; licet enim ex liberissimo arbitrio agat, licet rationem sufficientem externam, et in possibilibus fundatam non respiciat, agit tamen semper ex, et cum summa ratione, modique perfectissimo, et ipsam libertatis exercitium infinite in illo perfectione est. Quod ad artificem humananum opus suum non ea, qua posset, industria elaborantem attinet; merito id illi virtutio dabatur, si vel obligationi, q. va erga alios spon-

gitur, vel fini suo, quem obtinere cupit, non satisfaciat, quod si horum nihil aduerserit, neque is jure vituperari poterit, si opus, quod, et prout placuerit, officiat. Jam vero Deus nulla aliquid procedendi obligationi divinciri potest, atque etiam tunc, cum minus bonum prae majori procreat, medium fini liberè constituto convenientissimum eligit.

Jam vero illud: quod possibile secundum gradus perfectionis sua a Deo existentiam postulet, quale est? unde imprimis jus istud? quid est possibilitas, nisi non repugnante praedicatorum, et oriunda in dii habilitas entis ad existendum? ergone ideo ens, quia ad existendum habile est, jus habeat a Deo posulandi, ut efficiatur? deinde, denun. hanc inesse in possibilibus pratenionem; quis Deum eidem subiecti? tenebiture ens infinitum, undeque independent postulatione huius morem gerere? annon, si ita foret, res creatae non tam Deo, quam sibi ipsis, suaeque majori perfectioni existentiam in acceptis referre deberent? Absit, ut vitem adeo de supra. M. iestet conceptum philosophus mente foreat. Ad id denum, quod ultimo adjicetur, ajo, distinguendum esse amorem liberalis beneficentiae ab amore aestimationis; hic veras in objecto perfectiones respicit; illi a liberali amantis animo, sine respectu ad objecti merita, et sine omni præterea benefaciendi obligatione proficitur. Jam vero cum Deus mundum minus perfectum prae perfectiori elegit, ex sola liberalitate beneficium existentiae eidem confutit, quod neque huic, neque ulli alteri praestare temebatur. Non tamen preterea minus bonum magis aestimat; cognovit enim optime, quae, et quales perfectiones possibles in novis mundo possibili insint, quo sensu solum aestimatio rerum vel creandarum, vel creatarum in Deum cadit.

### SECTIO III.

#### DE EFFECTIBUS NATURALIBUS, ET SUPERNATURALIBUS.

##### QUOD SECTIONIS ARGUMENTUM?

LXXXV. Venio ad nobilissimam Cosmologiae partem, quae philosopho orthodoxo in primis curis esse debet: ipsa enim castissimae Religionis fundamenta proprius attinguntur. Ut autem et dilucide, et distribute res omnis proponatur, disseram primum de natura, ejusque legibus; tum de effectibus supernaturalibus generatim, ac nominatim de miraculis; denique criteria, quibus effectus miraculosus a mirabili, sed naturali, certitudine morali maxima, discerni queat, suppeditabo. Habet igitur sectionis hujus argumentum.

## CAPUT I.

## De Natura, ejusque Legibus.

QUID ET QUOTUPLEX NATURA? — QUAE VETERUM OPINIONES?

**LXXXVI.** *Natura, genere, generatim nota principium mutationis entis internum: Natura propiore universa est principium mutationis in mundo eidem internum. Cum porro omnes mutationes, quae in entibus mundanis eveniuntur, per eorumdem agendi, patendique potentiam possiles sint, per vim autem actiu existant, rite colligimus, naturam cuiusvis entis. in vi ejus, agendi, patendique potentiae juncta; ac naturam universam in collectione omnium virium, omnibus agendi, patendique potentili, que in omnibus entibus creatis insunt, junctarum constitut.*

*Coroll. 1. Cum vis substantialis solum competere possit, palam est, vires omnium substantiarum creaturarum, etiam spiritualium, simul sumtas naturam universam absolvare.*

*Coroll. 2. Natura differt ab essenti, ut nota Wolfsius; haec enim interna entis possibilitate absoluita; illa vim inferit existentiae ad haerentem.*

**Schol. 1.** Sermo mihi est de natura entium creatorum; Deum enim naturae auctorem compellare solo: neque placent barbari illa vocabula, quibus nonnulli absque illa necessitate utuntur, dum Deum naturam naturantem; naturam vero mundi naturatam vocant. Quod ad veteres attinet, longum foret discrepantes eorum opiniones enarrare, quaedam solum in medium proferam. Plurimi naturam, tamquam idolum quoddam, Deo in res creatas operanti ad latus posuerunt, eam substantiam esse ab omnibus aliis distinctam, per totum orbem diffusum docentes, a quibus *Principia bylarchica, Archœi mundi, aut Entelechia cognomentum* opiniorum (De leg. l. 12, Item in Symposio). Ad hanc sententiam accesserunt illi quoque, qui cum Platone mundum ingenis esse animali opinati sunt, a cuius anima per totum diffusa generationes rerum omnium proficerent, atque hanc doctrinam communem ferre fuisse philosophis omnibus, ex Plutarcho dicimus (De plac. phil. l. 2, c. 6.): *Omnis religio, inquit, ille mundum animatum esse, et a providencia gubernari statuunt: Leucippus vero, et Democritus, et Epicurus, et qui praeter hos inane, ac atomos introducunt, et animas expertem mundum faciunt, neque providentia, sed natura quadam bruta administrari aperiunt. Verum in natura hujus animae de finienda in variis rursus partes absunt; nonnulli, quos inter primum locum Stoici tenent, Deum ipsum hanc mundi animam esse absurdum commenti sunt (Div. inst. l. 7, c. 3.): Stoici, cit Lactantius, naturam dividunt in duas partes, unam, quae efficiat; alteram, quae se ad faciendum tractabilem praestet. In illa primam esse vim faciendi; in hac materiali, nec alterum sine altero esse posse. Ita isti uno natu-*

## Cosmol. Sect. III. Cap. I. De Natura, ejusq. Leg. 215

rae nomine res diversissimas comprehendenterunt, Deum, et mundum, artificem et corpus; dicuntque alterum sine altero nihil posse: tamquam natura sit Deus mundo permixta nam interdum sic confundunt, ut sit Deus ipsa mens mundi et mundus corpus Dei. Idem fere Mosheimius in Cudworthum (Syst. intellect. c. 2, §. 28, n. 2.) ex definitione *mag. Soc. Rom.*, quam Zeno Stoicorum Princeps apud Laertium (De vit. phil. lib. 7, segm. 148.) attulit, clare colligi opinatur: Stoicos nimurum nullum posuisse interrationem, et vim, genitricem discerimus: sed utramque velut virtutes, et perfectiones unies, ejusdemque Dei, seu naturas illius, quam per totam universitatem intentam esse putaverunt considerasse, ipsum verum Deum modo Jovem, modo Fatum, modo Mitem, modo Naturam appellatissime, quod ipsum Laertius quoque confirmat (Ib. segm. 137.). Impium hoc Stoicorum dogma subinde etiam Varroni placuit: ita enim loquitor apud S. Augustinum (De Civ. Dei l. 7, c. 7.): *Deum se arbitrari esse animam mundi quem Greci νύμα vocant; et hunc ipsum mundum esse Deum; sed sicut hominem sapientem, cum sit ex corpore, et animo tam ab animo dici sapientem, ita mundum Deo dici ab animo, cum sit animo, et corpore. Immo, quod mireris neque Origenes ab hac opinione aliquando fuisse videatur (mag. alex. l. 1, c. 1.): sicut corpus nostrum unum ex multis membris aptatum est, et ab una anima continetur, ita et universum mundum velut animal quoddam immune opinandum puto, quod quasi ab una anima virtute Dei ac ratione teneatur. Verum quam absurdum haec sit opinatio, cuius per se manifestum est: ut non nihil dicam; cum Deus anima mundi sit mundusque ipsius corpus, necesse quoque erit, ut Deus ab mundo, quemadmodum anima nostra a corpore, ad perceptions determinatur. Et nonne ei, hac sententia consequens est, ut Deus quoque, vel pars ipsius animam nostram constitut, quod ipsum ii iniciati non sunt? Quid igitur divina substantia desperetur? sed de hoc alias plura. Num ad eos venio, qui naturam, seu animam per totum universum diffusam eo fine propagarunt, ut supremum Numen tollerent (Qg. ac. l. 4, c. 38.). Stratonis Lampsacenus, ait Tullius, negat opera Deorum se uti ad fabricandum mundum: quaecumque sint, decent omnia effecta esse natura (Syst. intellect. c. 3, §. 15.). Haec Stratonis natura interpretetur Cudworthi, est vim quaedam, et interior vita singulis materiae particulis conclusa, cuius ope semetipsam qualibet arte, ac constituo fingere in easque formas, quibus apta est natura, et idonea vertere potest, et si quid faciat, ipsam ignorat nec, quid velit facere, secum constitut. Huius opinioni additos Hylozoitas ipse compellat.*

## QUIS CUDWORTHI DE NATURA OPINATIO?

**Schol. 2.** Sed ipsius quoque viri doctissimi admirabilis prorsus, ac singularis de natura sententia examinanda venti; commovit me opinionis novitas, ut eam in medium proferrem, atque confutarem

etiam. Ne autem in longum excurrat oratio, primum ipsius prope verbi proprietates naturae, ut ait, genitricis emiterabot; tum rationes, quibus ad eam stabilendam impulsus est, adducam; denique ea proforam argumenta, quibus in illa impugnanda Mosheimus usus est, quaeque me iudice rem conscient.

**E**s istius Cudwortho (*Syst. metall. c. 3. diss. de nat. gen. §. 3.*) *natura genitrix* instrumentum Deo subjectum, quo divina providentia tamquam minister utitur in ea munera sui parte administranda, quae ad materiae dispositionem, temperationem, et gubernationem pertinet. Superior quaedam providentia adjungi debet, quae perperam ab ea admissa saepe numero corrigit, quaque nonnumquam actionibus eius, et consilii intercedat (*§§. 5. 8. 9. 10.*). Ars est natura animans: omni arte humana praestantior, nonquam consilium capit, aut deliberat, nihil tamen suscepit, cuius poenitentie possit (*§§. 12. 13. 15. 18.*). Licit ordine et ratione agit, ac ad certos omnia usus dirigit, ipsa tamen metam, et consilium, nec sit operis, neque causam, cur sic agat, perspectam habet. Agit propter finem, attemperans consilii, rationis, et intelligentiae non est participes; non habet conscientiam eorum, quae agit, perceptionem tamen aliquam eidem tribueret ipse videtur. Agit fataliter, immo fatum est (*§§. 19. 20. 25.*). Habet infinitum vitium, nec a vita, quam vegetativam vocant, differt: est corporis expersus: toti denique huic globo ex aqua, et terra confitato una praesiet haec fictrix ita seu natura, quae certo modo cuncis plantis, herbis, ac arboribus conjuncta est, easque omnes pro natura seminis cujuslibet hincit et fabricatur; quae pariter metallo, ceteraque corpora, quae plus habent artis, quam ut a fortuito materiae motu produci queant, conficit, et disponit (*§. 22.*). Denique ait Aristoteli repugnandum non esse, qui naturam esse certam mentis animalium partem aut potentiam ingebiliorum in corporum animis habitantem putavit (*§. 22.*).

Rationes ipsi haec sunt. 1.) Qui falem naturam genitricem negant, alterum horum coguntur proficeri; vel omnia fortuito, et temere cadere, et formari; vel ipsum Deum suis, veluti manibus cui libet animanti corpus fingere, neque majoribus tantum, et praestantioribus, sed cuivis etiam muscas, et pulci, aut si quid hinc vilius est, quod Deum nimis curis oneraret (*§. 3.*, c. 2.). Plurima in rerum natura sunt, quae vim legum mechanicarum superant, qualis est facultas respirandi in animalibus (*§. 4.*, 3.). Omnia sensim et gradatim generantur, quae tarditas vanas, et inanis pompa species habent, si causa rerum omnium efficiens esset infinite potens (*In loc. cit. §. 5. n. II.*, 4.). Plures sunt errores in operibus naturae; si nempe materia minus idonea sit, aut consilio fabricantis repugnet, quod fieri neutriquam posset, si Deus per se omnia efficerent.

Mosheimus contra sic arguit *Naturarum genitricium tutores hoc nomine tripennis sententiam suam commendant*, quod ea

*Deum* perpetuo, molestissimoque labore levet, omnemque praezera dulciam vitorum, et deformitatum, quibus natura rerum passim laborat, ab aeterna illa, et sapientissima universitateis causa removet. Indigne ferant ab illis, qui ab ipso Deo procurari credunt omnia, infinita negotiorum nullitudinem, et incredibilium molestiarum numerum supremo. Numini imponi; nec Cartesio parciunt, quod conservari, a Deo leges motus in materia diceret: quod quidem esse censem, ac si Deum numquam feriari, aut otiosum esse profiteretur. Verum ipsi, dum Deum semper vigilante inducent, ne natura genitrix in vita incurrit graviora; dum naturam hanc iudicio facultaret, et a pravo secesserit praeditam esse negant; dum moderari Deum actiones eius censem: dum corrigeret Deum, et emendare, quae forsitan admisiit haec natura, assererent, ut alia taceant: num minus in Deum negoti, minusque molestiae conferunt, aut illi? ... Et erunt, nullus dubito, qui multo et simplicius, et ratione convenientius censem, Deum cogitare ipsum omnia praeficiens, quam naturam ipsi ungere nec sapientem nec potentem, sed rerum, et rationum vehementer ignoraram, cuius ille actus perpetuo moderari debeat: praesertim si Deum infinite potentem esse recordentur cuius commotio, et distributio materiae plus creare nequeat hostilitate, quam procreatio ex nihilo exhibuit. *Isp*e* Dominus beator*e*st*, qui, cum ipse valeat potentia negotia sua, administrandi, nullum adhibet administrum, an vero ille, qui servulos asciscit sibi parvus cauus, et prudentes, quorum imperitiae, ac temperitiae semper occurrerentur est? ... Ad deformitates, et vita, si modo his uti fas est vocabilius, quod attinet, quae passim in natura rerum cernuntur, etiam in naturam procreaticem Deo adjungas, multi tamen de his sibi satis esse, factum negabur. Etenim si Deus semper videt, quid agat haec natura: actiones eius moderatur; si caret, ne describat a norma; si denique corrigit opera eius; nonne rerum omnium, quas ea peragit, causa, et ratio ad ipsum Deum postremo referenda erit? *ipse* Dominus, qui servum manumque ex oculi dimittit, modumque ponit laboribus eius, reus esse non videbitur vitorum, quibus his se adstringit. Quae hic de natura dicuntur (*Ib. §. 10. not. 2.*), vereor, ne quidam existimant, liberalius, et magnificenter esse dictas, quam patiuntur, quae supra §. 5. et infra de hac natura praecepit. Alias naturam diligenti, et judicandi facultate carere asseverat; hic perinde loquitur, ac si deliberabo consilio quodvis opus aggredere. Negat enim, ut reliqua taceant, suscipi ab eo aliiquid, cuius poenitentia queat. Alias Deum emendare nonnumquam, et corrigerre admissos errores concedit. His vero significare videtur nihil unquam vitiosi, aut cuius poenitentia queat, naturam efficere. Mitto reliqua.

*Nisi merito fallit, tota haec celeberrimi viri de natura disputatione aliquid habet inconveniens; plerumque enim non alter de ea disserit; quam de re per se constante, et extra hominem posita; hic vero naturam facultatem, et virtutem tantum esse in animo residentem affirmat. Plura tute facile erues, quae ad ejicendam ex ore huius genus naturam serviant (*Ench. Metaph.*). Neque tamen haec Cudworthi opinio ita singularis fuit, ut non aliquos nacta fuerit sectatores; placuit certe nonnullis ipsius popularibus, ac praecepit Henrico More; placuit quoque Joanni Clerico (*Dicit. crit. t. 2. la vie de Baylus. p. 86. n. 1705.*): quocum ea de acrier disputavit Baylius, hac fere ratione argumentatus, vel natura haec genitrix est duxit instrumentum quoddam in manu Dei, vel ipsa revera organizationem corporum, et plantarum; similesque effectus efficit; si primum: otiosa est, neque in philosophia usum praestabat; si alterum: perit argumentum, quo ex mundi structura atheos refellimus; si enim natura omnis ordinis cognitione constituta in suis tamen actionibus ordinem sequi potest, nulla erit necessaria connexio inter corporum organizationem, et ens aliquod intelligens. Sed jam longior fortasse quam oportuerat, fui.*

QUID LEGES, ORDO, AC CURSUS NATURARUM? — AN EXTENT?

LXXXVII. *Leges naturae* sunt normae illae universales a supremo naturae Auctore constitutas, secundum quam vires substantiarum creaturarum agunt; cum vero praeterea constans sit quidam, ad invariabilis harum actionum modus, ordo inde quispiam enascerit, quem naturae ordinem compellamus: ipsa domum immutabilis secundum hunc ordinem aventurem consecutio id est, quod *cursus naturae* nomine venit.

Coroll. Ordo igitur, cursusque naturae cum eisdem legibus inviolabili nexu consociatur: quare intelligi nequit, quod Wolanus docet, etiam ablatu naturae ordine cursus eius subsistere posse.

Schol. 1. Normas id genus universales, seu naturae leges extare in dubium vocari nequit ab eo, qui paulo attentius constanter dicunt, noctiumque vicissitudines, easdem variarum anni tempestatum successiones, immutabilem ab omni aeo astrorum motum fixam in generationibus animalium, plantarumque rationem, perpetuum earundem in corporibus proprietatum, quae jam olim determinatae sunt constantiam contemplatur. Experientia certe docet, eadem ubique gravitatis, elasticitatis, cohesionis, attractionis, repulsionisque phænomena obtinere. Quid, quod secus nulla posset esse in hominibus providentia, nullum consilium, nullae scientiae, aut artes, nulla certa instituenda vita, aut curandorum corporum ratio: haec enim omnia ex legum universalium constantia pendet; hac efficitur, ut calculi a nobis subducunt, futura propisci, certi effectus, ac certae ex certis actionibus conseqüencies expectari, et sic denique totius vitae cursus suaviter institui queat.

Est vero etiam haec per constantes, et immutabiles leges totam rerum universitatim administrandi ratione maxime divinas consentanea sapientiae, atque ad infinitarum perfectionum patefactionem accommodatissima.

Schol. 2. Leges haec partim, et fere praecepit a posteriori per constantem sensum experientiam, partim etiam a priori per ratione deteguntur. Physici eas fore a leges motus reducent, quod omnes in mundo aspectabili, mutations per motum efficiuntur. Mihil vehementer placet Richteri opinio, qui tria legum naturam generis constitutit; *physicas*, quae ad sola corpora, corumque motus; *metaphysicas*, quae ad mutatas corporum, spirituumque actions; et *pneumaticas*, quae ad solos spiritus, eorumque actions, ac nexus inter se pertincent (*qui. philos. de mach. et spir. §. 17.*). Ab his distinguunt debent leges naturae morales, de quibus hoc loco sermo non est.

LEGES MOTUS NON SUNT NECESSARIAE.

LXXXVIII. *Leges motum secundum quas omnes in mundo appetitae mutations natura efficit, non sunt absolute necessariae.* Praecepit motum leges haec fere sunt: quod cum substantia materialis ad habendum certam directionem, et certitudinem ab externo principio determinari debeat, haec determinatio certam quamplam, ac constantem intervallorum quibus substantiae a se disjunctae sunt, rationem sequatur; quod eadem determinatio jam ad motum accessum, jam ad recessum tendat, et quae ex his deinde profluant, ut physici hodie docent; atque leges has absolute necessarias esse, ac eorum oppositum contradictionem involvere (ont. §. 96.) nulla omnino ratio suadet: quid enim? contradictionem sit, ut substantiae materiales mutata illa intervallorum ratione aut citius, aut tardius moventur, aut etiam accessum in recessum, et viceversa mutant? ut determinatio illa prorsus impeditatur? ut vis effectum non consequatur? ut exempli causa, grave non in linea recta, sed per curvam descendat, aut plane non descendat, sed in libero aere non aliena de sustentatione haeret? haec certe, et quae similia sunt, in se non repugnant: restat igitur, ut leges motum absolute necessariae non sint.

Coroll. Leges igitur motum contingentes (ont. §. 93. cor. 2.), ac proinde etiam mutabiles sunt (ontol. §. 116.); quod idem de ordine, cursu naturae, ut pote connexis (§. praece.) affirmandum est.

Schol. Qui absolutam harum legum necessitatem evincere vellet, eidem demonstrare incunberet, eas ex essentiis substantiarum creationum profire: quis autem id serio affirmaverit; sunt certe ipsarum essentiae prorsus indiferentes, ut viribus suis secundum has vel illas leges agant, nec umquam Spinoza, aut quisvis alius ejusdem sectator contrarium evincet. Possunt ex hisdem libris in bibliotheca repositis diversissimi ordine confici, cur res mundanae apte non sint ad alios, diversosque ordines constituendos? profecto

ipso nos eam habemus potestatem, ut corpora particularia variis trasponamus, conjugamus, aut separemus: nonne possimus viventium actiones, animalium, plantarumque generationes abrumperemus; plantas evellere: semina fecundationi inepta reddere: insitiones surculorum in alterius speciei trunco facere, corporis lapsum supposito obstatculo impediare, aut in contrarium etiam partem movere et alia id genus innumera, quae sine opera nostra numquam evenirent? quid autem haec omnia communstant? nonne contingentiam, ac mutabilitatem legum naturae? nonne eisdem latioem a liberrimo Auctoris arbitrio pendere? Verum erit fortasse, quia dubitet, utrum haec determinatae leges, quas in theorematibus demonstratione enumeraveri, reapse in natura obliniant: id quidem minime officiet; quodcumque quis in physicis systema amplectatur, seu cum Cartesio; seu cum Newtono, aut Boscochilio sentiat, fateri nihil minus cogetur, leges, quas ipse in natura agnoscat, contingentes, et mutabiles esse. Sed iam satis; quae a profanis obmoventur, sequente in capite commodius resolvam.

*QUIS SECUNDUS AUT CONTRA NATURAE ORDINEM, ET CURSUM?*

LXXXIX. Secundum naturae ordinem fit, quidquid naturae ordinii convenit, eodemque salvo, ac illaeso fieri potest, aut deceat, ut *lapsus corporis non sufficiat*. Secundum naturae cursum fit, quidquid in illis eventibus locum habet, quorum consecutio cursum naturae constituit; ut *quotidianus artus, et occasus solis*. *Contra naturae ordinem* fit, quod ordinii naturae adversatur, eoque salvo, ac illaeso fieri nequit; ut *corpus specifico gravius in aere haerens*. *Contra naturae cursum* fit, quidquid ad illos eventus non pertinet, quorum consecutio hunc cursum absorbit; ut *eclipsi solis tempore plenilunii*.

*QUID EFFECTUS NATURALIS?*

XC. *Effectus naturalis* est, qui provenit a vi substantiarum creatarum secundum leges naturae universales agentes, qualis est *combustio ligni in ignem injecti, aut lapsus corporis per lineam rectam*. Coroll. 1. *Omnis effectus naturalis est secundum naturae ordinem, atque cursum, et vicissim*.

Coroll. 2. *Spiritus creti quicunque ad substantias creatas referuntur; igitur si quos effectus viribus suis secundum universales naturae leges agentibus producent, hi in naturalibus habendi sunt* (conf. §. 86. cor. 1.).

Schol. *Quoniam hic de effectu naturali, prout exponitur supernaturali, de quo statim dicam. Alius est partitus effectus in naturalem, et artificialium, quae huc non pertinet; uterque enim viribus naturae perficit, hos solus discriminare: quod hic ab ingenuo hominis artis legibus imbuto directionem accipit, ac ad certum suum destinatur: illi non.*

**CAPUT II.**

*De effectibus Supernaturalibus, ac nominatio de Miraculis.*

*QUID EFFECTUS SUPERNATURALIS -- ET QUOTPLEX?*

XCI. *Effectus supernaturalis* est, qui non venit a vi substantiarum creatarum secundum universales naturae leges agentes; ut *subitanus morbi depulso, suscitatio mortui, creatio aliquujus substantiae*. Coroll. 1. *Effectus supernaturalis vel absolute non provenit a vi substantiarum creatarum; vel si ab hac vi proveniat, ea non agit secundum universales naturae leges*.

Coroll. 2. *Omnis effectus supernaturalis est contra naturae ordinem atque cursum, et vicissim*.

XCII. *Omnis effectus supernaturalis est supra naturam, ut ex terminis patet, contingit vero vel praeter, vel contra naturam. Effectus praeternaturalis dicuntur, cum in universa natura, ejusque legibus donata sit nulla est ratio, ut is eveniat; ut rosam crescere sine semine. Contranaturalis autem, cum non modo in tota natura ratio non est, ut eveniat; sed etiam ratio in ea continetur, ut non eveniat incorruptio corporis humani in igne*.

Schol. Non sum nescius, vocabula haec interdum in alia significacione usurpari, atque ad effectus tantum naturales applicari: ita medie omnem *suum corporis morbosum praeter naturale* dicunt; ali motum lapidis in aliis projecti *contranaturalis* vocant. Intelligatur nimis in his terminorum acceptioribus natura particularis ejusdem corporis, ejusque singularis constitutio, cui, si quid contrarium, aut tale, quod eidem nec repugnat, nec necessario competere debet, eveniat, et si cum universae naturae legibus optime congruat, *contranaturale, aut praeternaturalis*, appellatur. Prior exemplum est actio veneni in corpus animalis ab eo hausti; posterioris chalybs virtute magnetica imbuta, aut ferrum in rotundum glaberum. Sed sensus hos impropios esse nemo non videt; quare consultus est, ut illos effectus *violentos*; hos *artificiosos* eorum, qui accuratius loquuntur, exemplo nuncupavimus.

*QUID MIRACULUM? -- DEFINITIO INDICATUR.*

XCIII. *Miraculum* est effectus supernaturalis vel ob raritatem, et insolentiam, vel ratione temporis, et adjutorum admirationem in spectatores excitans.

Coroll. 1. *Omnis miraculum est effectus supernaturalis; at non vicissim; unde effectus supernaturalis rite distribuitur in absolute supernaturalem, et miraculosum.*

Coroll. 2. *Quae igitur generatim de effectu supernaturali dicta sunt, miraculi quoque convenient. Est nempe quodvis miraculum contra naturae ordinem, et cursum; item supra naturam, ac nominatio vel praeter, vel contra eandem.*

Schol. 1. Erunt, nullus dubito, qui definitionis hujus rationem postu-

*Storchenii Metaph. Lib. II.*

Iabunt; illi sic habeant effectus supernaturales dupli ratione contingere novimus; aliqui in hisdem adjunctis perpetuo evenient, ut adeo adjuncta haec videantur esse leges quaedam universales, quas si supra supremum naturae Auctor in administrando hoo uniuerso liberrime praestituit; ita semper creatur anima rationalis, cum in utero materno facta eam saltem organizationem obtinet, ut actiones corporis vitales perfici possint; ita cum corpore humano semper anima rationalis, cum belluino semper spiritus inferioris ordinis conjungitur, ita positis illi conditionibus, quas Deus libera, et non quasi ex pacto quadam requirit, hominibus, gratiae supernaturales conferuntur. Alii effectus supernaturales nullis certis adjunciti, nullis constantibus, generalibus legibus alligantur; sed modo, at tempore prorsus insolito ex liberrimo summi Conditoris arbitrio seu uidu abscindita nobis divinae sapientiae consilia perficiuntur: ita ad verba Ioseph stetit: ita, volente Moyse super Egyptum; et mortiente Servatore super universam terram tenebrae inductae sunt; ita Lazarus a mortuis resuscitatus, paues multiplicati, aqua in vinum versa est. Porro si in notionem miraculi, quam vulgo homines habent, attentionem convertamus, facile perspicuum contineri in ea quidam, quod admirationem in nobis conciteret, idque ipsius etymologia vocabuli lucenter confirmat. Jam vero experientia certum est, a priori generis effectibus nullo modo in admirationem rapi; rapi vero ab iis, qui ad posterius genus pertinent; igitur si ideae omnibus communis consulendum sit, ut omnino est (conf. §. 37, sch. 1. fin. log.), nequit quivis generationis effectus supernaturales miraculi nomine venire, quemadmodum Leibnitius cum suis contendit.

**A**t confundi miraculum cum mirabilis, et ipsa monstra, ut ait Leibnitius, in miraculis habenda fore conquerantur (*Recueil de div. pœc. t. 1. 4. écrit. §. 45.*). Nequaquam; effectus mirabilis est effectus naturalis ad concordantem in spectatoribus admirationem aptitus: miraculum, vero ex natura sua ad effectus supernaturales pertinet. Deinde raritas, inquiunt, insolentia, admirabilitas sunt determinaciones solum externae, que internum effectus discrimen efficerent. Si tamen quid igitur? Ego sic existimo, necesse omnino esse, ut internum, ac essentialis discrimen inter effectum naturalem, et supernaturalem statuar, id vero amplius non requiri, cum effectus supernaturalem in absolute supernaturalem et miraculosum subdividimus; quemadmodum nec ipsi Leibnitiani internum discrimen attendunt, cum tres miraculi species consti- tuant, nemirum quod substantiam, quoad modum, et restituionis. Denique opponunt suscitacionem mortui semper fore veromiraculosam tametsi frequentissime, immo quotidie eveniret. Ita quidem, modo non secundum certas, et constantes leges simul efficeretur; sola certe frequentia naturae miraculi a me definit non obstat: at si mortui suscitatio vel aliud quocumque verum alias miraculum certas ac universales leges sequeretur, ita ut posi-

ts illis locis, ac temporis adjunctis effectus consumilcum certos praedicere possemus, tam parum sane eum in miraculis habemus, quam parum nunc hoc nomen creationis animae rationalis trahimus. Hoc ipsum profecto li intelligere videntur, qui cum Boehmio nobis largiuntur collatione gratiarum supernaturalium ad miracula proprie dicta referri non posse; verum viderint illi quomodo secum ipsi consentiant (*Cosmol. 4. §. 370. sch.*). Sed mittamus ista, ne in legomachiam incidiamus; in eo solidum cardo rei vertitur, ut solidissimum rationibus evincamus, posse multa contra stabilitas naturae universae leges a Deo effici, ad quod nihil interest seu omnes universi effectus supernaturales, seu eos solum, qui eam admiratione conjuncti sunt, miracula compelles. Quod antequam praestetur, aberrantes quorundam de natura miraculorum opiniones in examen vocandas.

**QUEA OPINIO SPINOZAE.** *Tract. Th. pol. c. 6. De atheism. et superst. c. 7.* — **HOBESII.** *Leviath. c. 37. p. a. c. 2. q. 6.* — **CONNOANT.** *Evangeli. medici, art. 5. et 6.* — **GREWIUS.** *Cosmol. sacr. l. 4. c. 5.* — **LOXII.** *Tract. de mirac. — ROBERTIVILLI ET LARCT.* *De rel. christ. l. 1. c. 5. Diss. de mirac.*

**Schol. 2.** Benedictus Spinoza miraculum definiit *opus naturae, cuius causam naturalem exemplo alterius rei solitae explicare non possunimus.* Est illi nimurum miraculum effectus tantum naturalis; verum insolitus, ejusque, tametsi secundum generales naturae leges necessario efficiatur, homines tamen causam detegere nequeunt. Hac in sententiâ essentialis miraculi character, qui in eo consistit, quod supernaturalis effectus sit, atque omnes inter miraculum, et miraculo discrimen tollunt, nec mirum: nimirum enim falsa hypothesi, leges naturae nullo modo mutari posse: videtur Buddeus.

Ad absurdum hanc opinionem fere accedit Thomas Hobbesius; eti enim ait miraculum *inmediatum Dei actionem esse, insciante tamen subjunct, naturales eius causas comprehendit a nobis nequaquam posse;* quod argumento est ipsius opinioni miraculum ab effectu naturali reapse, et in se non discerni. Atque de hoc dubitate nos minime patiuntur ea, quae de Deo, ejusque natura homo impius alias esfuit. Pestiferam hanc doctrinam refutavit Grappius in theologia recens controversa.

Bernardus Connoris ea spargit principia, que nullo modo inter se coherent, nisi Spinozæ exemplo Deus cum natura miscetur; miracula ex naturae, et motus legibus, vecatis in subsidio principiis medicis, dijudicanda esse contendit, dumque multis modis ac rationem, qua comprehendere possimus, quomodo ea efficiantur, docere aggreditur, audet incredibili imprudentia miracula, quorum sacra litteræ meminerunt, ex caussis pure naturalibus explicare.

Nehemias Grewius per miraculum intelligit effectum insolitum, et rarum provenientem a caussis, seu vi naturali, at incognita, in qua-

tom ea a Deo ad consecutionem determinati cuiuspiam finis dirigitur, ut adeo ex ipsius mente miraculum non sit, nisi opus naturale, insolitus, atque a Deo ad certum finem directum. Sed haec sententia a Spinozana non multum abdulit, ut per se manifestum est; tollit enim internam miraculi naturam; tollit quoque omne criterium: quo miraculum a mirabili discernatur; quid namque vetat, ut circumscriptorum aliquis causae latentes non ignorar; effectum quamplam insolitum ita ad certum finem dirigat, ut ea dirigere a Deo provenire spectatoribus appareat?

Joannes Lockius opinatus miraculum operationem esse quandam in sensu incertum, quae cum spectatori captum exsumperet, ipsiusque opinio cursus naturae constituto contraria sit, ab eo pro dictio habetur. Peccat haec sententia in eo, quod sublatu interno, ac absoluto miraculi charactere totam ejus rationem comparare ad spectatoris captum definit, quo semel admisso vix ullus in rebus naturalibus effectus tam vulgaris erit, qui non a rudiiori aliquo in miraculis haberit possit. Quod sit praeterea dissertatione illa attentius discutatur, facile quis in suspicione venerit, ipsam occulite cum Spinoza hanc in re collusisse: fuerunt certe viri cruditi, qui contendebant, Lockius virtutis superioris nomine, quo adeo obscuri sunt est, non aliud, quam naturam quae Spinosa Deus sit, intellexisse. Sed nolo ego quidquam iniquum statuere.

Superest, ut duorum virorum clarissimorum Klarkii, et Houttevilli de miracolorum natura opiniones examinemus, sunt enim et in his quadam, quas minus probari possint. Ac Houttevillus, quidem negat miracula contra naturae leges evenire; similique in eo, solum praedictum ipsumorū characterem constituit, quod effectus insoliti, nobisque incogniti, ac ad nobiliorē quamdam finem a Deo ordinantur. Si quaeras unde, et quomodo insoliti hi effectus edantur? Respondet: Deum initio generales quasdam leges sanxisse, secundum quas totum regreditur universum; at jam tum etiam causas naturales ita disponuisse, ut certo subinde tempore ejusmodi eventus extraordinarii contingere debeat. Verum multa sunt has in doctrina, quae iure carpi possunt; nolim equidem odiosū uti comparatione exemplo Passioni, qui contendit eam a perniciose Spinaze definitione quam proxime abesse; id certe cum omnibus superioribus communē habet, quod internam, et absolutum inter effectum naturalem, et miraculosum discrimen prorsus tollat, quod nulla omnino ratione sustineri potest; hoc enim, ut communī hominū sensu repugnat, ita praeterea falsissimo nititur principio: non posse a Deo leges naturae mutari. Deinde non video, quid eam inter, ac Grewii opinionem supra refutatan discrimini intercedat; merito igitur a Valsechio (*Contra Inscr. vol. 2. l. 3. c. 16.*) vehementer exagita fuit. Quod autem ad Klarkium (*Traité l'exist. et des attribut. de Dieu l. 3. ch. 19.*) attinet; docet vir doctissimus miraculum esse effectum consueto naturae

ordini contrarium a natura quādām intelligentē, quād virtus hominē superat, extra ordinem productum. Quid hac in definiōne displicerit, illud est quod ea geniis quoque seu bonis, seu malis potestatem naturalem vera miracula patrandi tribuat, quod defendi non posse infra ostendam, Klarkius ad stipulatū Joannes Clericus in dissertatione de miraculis tractatū de incredibilitate praefixa. William Fleetwoodus in dissertatione de miraculis, Thillosonus, Stillingfleetus, alijque complices Angliae theologi; cumdem contra impugnavit Jacobus Servetus singulari libro Antischedam anno 1729 in lucem dato; sed in aliud extremon delapsus vir illustris omnem plane potentiam miracibia quādām efficiendi geniū admittit: quod ut consequeretur, necesse erat, ut sacrarum Litterarum effata, veterumque auctorum testimonia, in quibus miraculum a falsis vatis, aut editorum, aut edendorum mentio sit, in alienum sensum violenter detorqueret, ac unice de fraudulis, dolis, ac praestigiis accipienda esse doceret: id quod cum Samuel Werenfelsio, Alphonso Turrentino, Arnoldo Nortenio, aliisque fidelissimis praestiti, quo tamen successu paulo post dicendi locus erit. Quād denique Humius (*Specim. de mirac.*) contra miraculum disputavit, solide refutata invenies apud Georgium Campbelum (*Diss. de mirac.*): mihi jam longiori esse non licet.

## QUID MIRACULUM QUAD SUBSTANTIAM ET QUOD MODUM?

XCV. Miraculum, cum sit effectus supernaturals, non provenit a substantia creatæ secundum universales naturæ leges agentes (§. 9.); igitur miraculum superat omnes omnium creatarum substantiarum vires. Jam vero vel ita has vires superat, ut effectus in se spectatus absolute, et sub nullo respectu ab his efficiat queat, ut *creatio, seu annihilatio, aliquius entis, suscitatio, mortuus*. Quod tale est miraculum quod substantiam compellat; vel solum pro his adjicit, et quod modum effectiōnis eas vires excedit, et dicitur miraculum quod modum, quale est substantia morbi dispensio.

Schol. Nemo sibi persuaderet miracula quod modum inferioris in se ordinis esse, aut villoris quodam modo conditionis: absit istud; sunt ei veri nominis miracula, et effectus absolute. Dei omnipotētia profecti, cui omnia possibilia eodem, id est, nullo constant labore, nec facilis quicquam, aut difficilis factu concepi, potest. Discretum istud ideo solum statuimus, quod magnum in dijudicandis miraculis usum praestat, ut deinceps apparebit. Certe si ad rationem veri miraculi requireretur, ut effectus absolute, ac sub omni respectu universæ naturæ vires exsuperet, miraculus curonicum in castra Hebraeorum compulso, mororum urbis Jerichonitiae ruina, in veteriorum morborum curatione a Christo effectus, et complaria alia, quae omnium proberum consitione adhuc in veris miraculis numerat, ex eorum numero expungenda forent.

## MIRACULUM EST POSSIBILE.

XCV. Miracula possibilia sunt. Si leges motuum, secundum quas

omnes in mundo mutatione perficiuntur, contingentes, et mutabiles sunt, tum de interna miraculorum possibilitate nulla potest ratione dubitari; atqui illud ita est (§. 82. cor.): igitur evidens est miracula veri nomini possit illa esse.

*Schol. 1.* Profecto si leges illae, secundum quas vires substantiarum creatarum aut possint, aut debent agere, mutari queant, multa effecti potuerunt, quae ab iis viribus secundum leges sibi praestitutas agentibus nequamquam proveniunt. Poterunt, exempli causa, leges motus suspendi, et motus in corporum confitu sine celeritate immittitione; communicari; poterunt i impediri actiones naturaliter ex caussarum creatarum viribus securitatem, ut ignis tres pueros in fornace Babylonica non laetis; poterit nova series nova determinatione inchoari, et ea quidem ratione, qua creatae vires nequeunt, ut substantia morbi depulsione, aut mortui suscitacione; poterit aliud nondum existens procreari, aliud annihilari, vel quamcumque demum ratione aliud in alterius locum substitui, ut per conversionem aquae in vinum contigit; poterunt conjungi ea, vel disiungi, ad quae conjugenda, aut disiungenda vires naturae se non porrigit, velut montis in aliud locum translatione; poterunt denique alia quamplurimae, modisque diversissimae effici, quae vires omnium creatorum prorsus excedunt.

## RESPONDENTIA OBJECTIS.

*Schol. 2.* Quae minuti philosophi contra objectant, ad haec fere responduntur. Ajunt

- 1.) Leges naturae sunt ex essentiis substantiarum creatarum: igitur aequae immutabiles sunt, ac ipsae essentiae.
- 2.) Nequamquam esti enim vis substantiae interna, quinessentialis sit; ea tamen ex se non potius habe, quam illam legem possit, estque prorsus indifferens, ut hoc, vel illo modo agat; ita vis motrix substantiae materialis ex natura sua non exigit, ut motum in hac potius, quam illa directione, per lineam potius, rectam, quam curvam efficiat: quare liberum Dei relinquunt, ut ipse, quam placuerit, legem constituit. Deinde, quid obstat, quo minus Deus actiones harum virium aut augeat, aut minuat, aut prorsus impedit, quemadmodum nos ipsi lapsum corporis impedire possumus? (conf. §. 82. cum sch.)
- 3.) Errant igitur, qui universales naturae leges in attributis entium mundanorum habent; attributorum quippe ratio sufficiens in ipsis entium essentiis continetur (ont. §. 55.), hae vero leges a liberrima Dei voluntate proficiuntur. Verissimum equidem est leges naturae rerum essentiis conformatas esse, ipsique earum rerum ordinem aptari; verum id non ita accipendum est, quasi haec naturae leges ex rerum essentiis absolute necessitate permanent, ordine fatalis inde enascatur; sed quod illisdem non repugnant, et ordo constitutus ipsis consentaneus sit.

2.) Spinoza ita arguit (*Tract. theol. pol. c. 6.*): *Leges naturae universales mera sunt decreta Dei, quae ex necessitate, et per-*

fectione naturae divinae sequuntur.—Quidquid fit, per Dei voluntatem, et decretum fit, hoc est, ut jam ostendimus, quidquid fit, secundum leges, ac regulas, quae aeternam necessitatem, et veritatem involvent, fit. — Idem etiam et hoc facile posset ostendi, quod potentia naturae sit ipsa divina potentia, et virtus; divina autem potentia sit ipsissima Dei essentia.

¶ Everso jam absurdissimo Spinozae sistmate (§. 41. sch.) ea, quae hic impudenter effulti, nullum amplius robur habere queunt. Sed ut aliquid dicam: imprimis eadem confidit, qua ipse in ascendendo uitio, negamus haec Dei decreta ex necessitate, et perfectione ipsius naturae sequi: nulla certe inter infinitam Dei perfectionem, et has determinatae leges connexio ostendit potest; neque ex aliis huic rerum universitatibus praestituti imperfectionis quidpiam in Deum redundasset. Deinde imperite, ac calide aeternitatem cum necessitate confidunt, quae vero omne, quod ab aeterno futurum erat, et perpetuo suam veritatem determinata habet, hec ipso etiam necessario futurum sit. Denique tametsi Dei potentia sit realiter ipsa ejus essentia, non est ratione inde consequens ut id, quod ab hac potentia efficitur, non sit contingens. Verum potentiam naturae ipsam esse Dei potentiam nemo admirerit, nisi qui ad eamdem cum illo impietatem devinirent.

3.) Leges naturae morales necessariae sunt, et absolute immutabiles, cur non igitur idem de legibus naturae, quas physicis, seu mechanicas vocant, affirmatur?

¶ Ratio dispar in eo sita est: eas Deus necessario creaturae rationali praestitueret debuit; non item has toto rerum universitati. Ad divinas nimur perfectiones vehementer pertinet, ut hominem, quem condidit, provide, et sapienter ad finem suum consequendum gubernaret, id quod non praestitisset, nisi praecepisset ea, quae ad finem illum obtinendum necessaria sunt, et contra vetusset ea, quae hominem ab hoc fine avertunt, quo uno tota lex moralis continetur. At contra entia creatae seu hoc, seu illo modo agant, seu his, seu aliis legibus gubernentur, ad finem suum pertinuent, perfectionesque divinas patefaciunt; unde nulla Dei perfectio has determinate leges physicas postulavit, quamvis ejus sapientia, ac providentia aliquas indeterminate exegerebat: quare nihil etiam obstavit; ut no in casu quopiam particulari legum physicarum una aliqua mutetur.

4.) Si miracula sint possibilia, sequitur imprimis Deum in decretis suis mutabilem esse, ut qui novum, et extraordinarium effectum in tempore decreverit; sequitur deinde etiam eum initio non sat provide, et caute egisse, et velut ob adjuncta non praevisa miraculum edere, quas omnia pugnant cum infinita Dei perfectione.

¶ Etiam consecutiones haec cum ratiocinandi legibus pugnare. Quod ad primum: eadem simplicissima, ac immutabili voluntate, qua Deus hanc rerum seriem ab omni aeternitate decrevit, simul statuit hoc vel illo tempore, hoc vel illud miraculum patrare: quare

nulla est in ipso novarum voluntionis successio, ob quam interna mutaretur. Idem nimirum hic contingit, quod evenit, cum mundus ob aeternum Dei decretum existere incipit, de quo supra dixi (§. 27. schol. n. 6.): opera mutat, inquit S. Augustinus, consilia non mutat. Mutaretur equidem Deus, si legem quamplam moralem immutaret; cum enim illam necessario tulerit, si inac aliqua mutantio eveniret; censetur ipse eam in tempore velle quam ab aeterno nec voluit, nec velle poterit, seque contra suas perfectiones ageret alia longe legum physicarum ratio est, quas cum Deus initia libere voluerit, potius eas quoque cum restrictione quadam, et exceptione pro casibus quibusdam singularibus constitue. Physica nempē divinarum perfectionum manifestatio per diversas leges obtineri potest; moralis vero, quae creaturarum liberarum propria est, per has solum leges morales. Quod ad alterum: Deus non ideo miracula edit, quod in hac rerum serie quodammodo male, aut impudore constituta sint, quae emendatione aliqua, ut correctione egeant; absit a nobis temerarium hoc de divisione actionibus. Iudicium: habet illa fines alios Majestate sua dignissimos, cur ponamus quae effectum, quem per aliam ab aeterno causarum naturalium dispositionem via prorsus ordinaria consequi posuisse, per miraculum obtineri velit, quin propter ea sapientissimae illius providentiae quidquam decedat. Immo hac ratione divina bonitas potentia, rerum creatarum cura, aliaeque perfectiones multo maxime illustrantur: experientia certe doceat, homines passim effectibus insolitis magis, quam lis, qui secundum naturas eursus eveniunt, ad laudes potentissimi, benignissimique Conditoris praedicandas stimulari. Atque hinc patet in gravissimum eternorum prælapsum fuisse Wolfson; virum cetera eruditissimum, cum contendit miraculum a divina quidem potentia, non autem a sapientia proficiens posse a mundum, in quo omnia naturaliter eveniant, verum esse sapientias opus, multoque meliorum eo, in quo multa miracula patrentur (*Vernanfrige Gedanken von Gott, der Welt, und der Sæcle der Menschen* §§. 1039. 34.).

5.) Haec de miracolorum possibiliitate doctrina multis fraudibus, ac deceptionibus ansam praebet; notum est, quan multa, et admodum noxiæ fabellæ tum olim inter idololatras, tum nostra quoque aetate in vulgo sparsae sint. Quid quod ignoramus, quatenus vires omnium substantiarum ergataram pertinent? omnes certe naturæ leges, totumque rerum ordinem nemo perspicit, quod tamen necesse foret, ut de veritate miraculi absolute pronuncietur, ut arguit Rousseau (Emile l.3. p.53.). Et fortassis existit ordo quidam naturæ diversus a praesente, nobisque adhuc incognitus, qui sese progressu temporis evolat, ita ut secundum eum effectus it insoliti, quos in miraculis enumeramus, necessario eveniant. Magis igitur et re fore concludunt, ut aut miraculorum possibilitas penitus tollatur, aut totum argumentum aeterno silentio praeterreatur.

R. Ad singula. Primum argumentum est huic simillimum: plurimas olim fabulas de Dīs spargebantur; magis igitur consultum exterrituent Dei inciari; o praeclarām, dignamque philosopho argumentationem! sed haec doctrina fraudibus, ac fabulis occasione praebuit, id non ex ea *per se*, sed *per accidens*, ut ajunt, fluisse certum est, quod veritati minime obest; sed malitia, aut ruditati hominum adscribitur. Quis ignorat, sanctissimis quibusque rebus homines impios frequenter abuti, an eae propterea abiciendae sunt? id solum inde sequitur, oportere, ut in ferendo de eventis insolitis iudicio cautissimi simus, neque cum plebe nimis credula omnia sine discriminâ in miraculis habeamus: verum aequi errant, qui nihil, quam, qui omnia credunt. Deinde ignoramus equidem, quaque vires totius naturæ se porrigit; scimus tamen eas infinitas esse, ac proinde effectum, qui vim infinitam potest, qualis est creatio, annihilation, mortui suscitatio, ab his proficisci non posse; scimus it. m. per frequenter; quid vires creatæ in casu particulari, in his adjunctis, in quibus Versamur, possint, aut non possint; scimus constantes esse mortuum leges; ab hisdem causis codem modo applicatis eundem semper effectum sequi, et quae sunt ejusmodi. Id jam vero sufficit, ut absolutum saepè de effectu insolito iudicio formetur; cum enim deinceps miracula quoad modum, quae in se totius naturæ vires non exsuperant, satis est, ut certitudine morali constet, hunc effectum in his adjunctis a vi creatæ effici non posse: non igitur necesse est, ut vires totius naturæ exploratas habeamus. Egregie hoc argumentum perficiat, ac Rousseau refutat Bergierius (*Deisme refuté* p. 2. Lettr. 12. p. 211.). Ego autem ex Clerico (*Pneumat. s. 3. c. 8. n. 6.*) prophanis istis minus suspecte quaedam proferam, quibus objectione plane satisfact. Rerum quidem naturalium, ita ille, inadeguatione nobis esse ideam, aut an sit adaequata, scire nos non posse ultra futurum. Attamen tanta non est ignorantia nostra, ut nunquam quidquam praeter naturæ ordinem esse affirmare possumus. Multa gentium, et saeculorum omnium experientia constat, qualia sunt, quae modo diximus. Proprietates quidem omnes humanae naturæ, et substantia, quibus homo constat, non satis esse notas passim ostendimus, nec eos secus ab homine decem milia pondum baturunt, et ignis vehementiam sine detrimento ferri non posse notum est. Si quis tantum pondus ferat, aut illaesus in mediis ignibus dum maneat, id praeter naturæ esse ordinem omnibus liquet. Si dicereetus cometæ ad solis nostris vorticem appulus praeter naturæ ordinem esse, posset hoc in dubio revocari, quia satis nobis non est notus cometary motus, ut quid sit praeter ordinem, quo moventur, certo definire queamus. Sed ubi de rebus sermo est, quas omnes homines semper eodem modo se habere experti sunt, quid sit praeter naturæ ordinem, pronunciare certo possumus, et ex allatis exemplis intelligere est. Qui denique ad occultum naturæ